A 2. Aſtvvolphus.
3. Eadfartus, an.734.
4. Cithvvinus.
5. Aldherthus.
6. Eglaſius, vel Algarus.
7. Heardretus, an.757.
8. Aelphunus.
9. Tidferthus, aliis Tedfridus.
10. VVeremundus.
11. VVilredus.

His vita functis, Diœceſis utraque à Danis vaſtata, an.100. deſolata permanſit, donec an.955. Edibyno Cantuariæ regnante, totius Provinciæ Orientalis Anglorum regimen ſpirituale accepit

1. Athulphus, qui ſedem collocavit Elmhanæ.
2. Alfridus.
3. Theodredus.
4. Theodredus II.
B 5. Athelſtanus.
6. Algarus, qui obiit an.1021.
7. Alvvinus.
8. Alfricus, qui obiit an.1038.
9. Alifredus, aliis Alfricus.

Succeſſit tandem Alifredo vir inſigni pietate

10. Stigandus, hunc verò ejecit vix electum
11. Grinketellus, qui & ipſe dejectus, quòd Simoniacè cathedram impetraſſet, ac denuò Stigandus in ea collocatus fuit. Translatus poſteà Vvintoniam, & deinde Cantuariam.

Egelmarus, an.1047. electus, ac exautoratus.

Herfactus, Sacellanus Guilielmi I. Regis, qui ſedem tranſtulit Thetfordam. Cui in ea ſuccedit

Guilielmus Galſaghus, qui ornandæ novæ ſedi incubuit vel maximè.

Herebertus Loſinga, qui magno ære hunc ſibi honorem, patri verò Abbatiam coemiſſe traditur. Unde de illis vetus poema inter alia habet:

Filius eſt Præſul, pater Abbas, Simon uterque.
C *Proh dolor! Eccleſiæ nummis venduntur & Aræ.*

Verùm poſteà pœnituit, & depoſito honore ad pedes Romani Pontificis, eum denuò ſibi oblatum recepit, domumque reverſus ſedem tranſtulit

1. In Norvvich, oppidum mercimonia & opibus non ignobile, ubi percelebre Monaſterium inſtituit. Exceſſit è vivis 22. Julii, an.1119. Fuit igitur hic primus Epiſcopus, à quo ſeries Norbicenſium Antiſtitum exordium habet.
2. Euerardus, ſuccedit an.1121. Sedit an.26.
3. Guilielmus Turbus, Monachus Norbicenſis: præfuit annis 25. Obiit an.1175.
4. Joannes Oxonienſis, priùs Archidiaconus Sariburienſis, & Ciſtercienſis Præſul, juxta Balæum: defunctus an.1200.
5. Joannes Grey, opera Joannis II. Regis electus, J.U.D. & in rebus gerendis dexterrimus. Sedit an. 14. miſſuſque ad Urbem orator, in reditu obiit, an.1214.
6. Pandulphus Maſca, poſtquam annis 7. vacaſſet ſedes, ſucceſſit: erat S.R.E. Card. creatus à Lucio III. compoſuit diſſidium inter Regem & Optimates, variiſque legationibus perfunctus cum laude fuit: obiit poſt annum quintum conſecrationis ſuæ.
D 7. Thomas de Blundevil, poſt annos tres vacationis, eligitur an.1216. Obiit autem 1236.
8. Radulphus, anno unico reſedit, & ſecedit. Vacat an.2.
9. Guilielmus de Raleigh, Canonicus S. Pauli, qui poſteà Vvintonienſem Eccleſiam rexit.
10. Vvalterus de Sufeild, vir utriuſque Juris peritiſſimus, qui & Xenodochium Nordibici fundavit & dotavit, in pauperes munificus, ſic ut ſupellectilem ſuam argenteam comminueret, quam iiſdem erogaret. Annis 12. præfuit, & moritur an. 1257.
11. Simon de Vvanton, Sacellanus Regius, ſedit an.8.
12. Rogerus de Skervving, Prior Monaſt. Norbicenſis. Ejus tempore ortus fuit gravis tumultus inter Clerum & Cives Norbicenſes, qui vix an. 1178. quo ille obiit, ſedatus fuit.
13. Guilielmus Middleton, Archidiaconus Cantuarienſis, vir peritus in utroque Jure, qui Eccleſiam ſuam igne conflagratam reſtauravit: obiit an.1288.
14. Radulphus Vvalpoole, Archidiaconus Elienſis, 11. annis ſumma cum prudentia præfuit: obiit an.1299.
15. Joannes Salmon, Elienſis Prior: obiit an.1325. E
16. Guilielmus Ayermin, poſteà Angliæ Cancellarius: rexit an.11. & deceſſit an.1337.
17. Antonius de Beck, S.T.D. è domeſticis veneno ſublatus. Succeſſit
18. Guilielmus Bateman, Legum D. legatione ad Pontificem pro Rege perfunctus, deceſſit Avenione, an. ſalutis 1354. quo tempore graſſata eſt peſtis horrenda in Anglia, ut decimum quemque abſumpſerit.
19. Thomas Percy, migravit an.1369.
20. Henricus Spenſer, qui ex militia ſæculari ad principatum Eccleſiaſticum evectus, ac multorum certaminum contra ſeditioſos alioſque victor, tandem victus morte, ſuccumbit, an.1406. Sedit an.37.
21. Alexander, Eccleſ. Norbiſc. Prior, invito Rege ſuffectus carceris ſqualloremuno anno detulit; tandem libertatem conſecutus cum dignitate, annis 5. præſedit.
22. Richardus Courtnejus, Cancel. Acad. Oxonien. vir generis nobilitate & morum ſanctitate inſignis, obiit dyſenteria, an.1415. menſ. Septemb.
23. Joannes Vvarkering, Archidiaconus Cantuarien. Interfuit Concilio Conſtantienſi, ſedit an. 9. F
24. Guilielmus Alnvvike, Doctor Legum, conſecratus an. 1426. & decennio poſt translatus Londinum.
25. Thomas Brovvn, Epiſcopus Roffenſis, in Concilio Conſtantienſi ad hanc cathedram transfertur: ſedit annis 9. & obiit an.1445.
26. Gualtherus Hart, S.T.D. vir prudens & pacis amantiſſimus, fuitque gratus: exceſſit an.1472.
27. Jacobus Goldvvel, Secretar. Regius, defunctus ann. 1484.
28. Thomas Jan, qui primo anno conſecrationis obiit.
29. Richardus Nix, quem tamen parum candoris, aut niveæ virginitatis in pectore habuiſſe, tradunt Annales. Deceſſit cæcus an.1536. cùm ſediſſet an. 36.
30. Guilielmus Ruch, aliàs Reeps, S.T.D. annis 14. cum laude præfuit, & an.1550. defunctus eſt.
31. Thomas Thirbley, à Vveſtmonaſterienſi Eccleſia huc translatus, atque hinc ad Elienſem poſtulatus: obiit an. 1556 & ſufficitur favore Mariæ Reginæ.
32. Joannes Hoptonus, S.T.D. Oxonien. at paucis menſibus Reginæ ſuperſtes, deceſſit anno circiter 1559. factaque deinceps hæc cathedra malignantium novatorum ſedes. G

EPISCOPI VVIGORNIENSES.

Sub Ethelredo Merciorum rege, ditio iſta, quæ unum priùs Antiſtitem habuerat Liechfeldiæ reſidentem, in quinque Diœceſes partita fuit, quarum una fuit Vvigornienſis, & quidem in hac primus fuit Epiſcopus

1. Tathfridus, vir excellentis ingenii, ait Beda; ſed immaturo fato præreptus, conſecrari non potuit, & deſignatus
2. Boſelus, primus conſecratus Epiſcopus Vvigornienſis, circa an.679. At cum ob corporis debilitatem non poſſet munere ſuo debitè perfungi, ſubſtitutus eſt adhuc viventi
3. Oſtforus, vir Græcæ linguæ peritiſſimus, ac indefeſſus verbi divini prædicator, potens in opere & ſermone: meminit illius Beda. Reliquit poſt ſe homilias ſacras, aliaque ingenii monumenta, quæ furente Danica barbarie, incendio perierunt. Ipſe verò moritur an.693.
4. Edvvinus, conſecratur anno eodem, regio genere ortus, qui Eccleſiam locupletavit multis prædiis, ac cœnobiorum quorumdam exſtitit fundator: obiit autem an.716. H
5. Vvilfridus, Bedæ contemporaneus, obiit 743.
6. Milredus, moritur an.775. Alii interſerunt quendam Denebertum. Cujus tamen alii non meminerunt.
7. Vveremundus, obiit an.778.
8. Tilherus, moritur an. 781.
9. Eathordus, deceſſit an.798.
10. Denebertus, obiit an. 822.
11. Ealbertus, aliis Hubertus, an.848. defunctus eſt.
12. Alvvinus, mortuus an.872.
13. Vverefridus, aliàs Vverebertus, vir eruditus, multa geſſit memoria digna: obiit an.911.
14. Vvilfredus, moritur an.915.
15. Ethelunus, Abbas Barkienſis: obiit an.922.
16. Vvilferthus, obiit an.929.
17. Kinevvoldus, humilis & raræ pietatis.
18. Dunſtanus, qui SS. catalogo adſcriptus, Londinum ac deindè Cantuariam transfertur. Succeſſit an.971.

19. Oſvval-

A 19. Oſvvaldus, etiam ſanctus appellatus, adminiſtravit hanc Cathedram unà cum Eboracenſi: conſtruxit hic Eccleſiam ad honorem B. Virginis.
20. Adulphus, Abbas Malmesburienſis, qui etiam Archiepiſcopus fuit Eboracenſis.
21. Vvulſtanus, etiam utriuſque Eccleſiæ præſul fuit: eum ſcriptores vocant reprobum.
22. Leoffius, Abbas Thornienſis, magnæ religionis & modeſtiæ Præſul. Moritur an.1033.
23. Britteagus, etiam Abbas. Moritur an.1038.
24. Levingus, Abbas, mox Epiſcopus hujus Sedis. Moritur an.1049.
25. Aldredus, qui poſteà Eboracum transfertur.
26. Vvulſtanus, qui & SS. numero cooptatus, priùs Monachus, concionator non tam ad plauſum concitandum, quàm ad lacrymas auditoribus excutiendas ſolertiſſimus; verus Doctor verbo & exemplo, ac magnus animarum zelator, exceſſit è vivis nonagenarius, in Januario an.1095.
27. Sampſon, Canonicus Bajocenſis, vir magnæ litteraturæ, & eximiæ facundiæ: obiit an.1112. quinta Maji.
B 28. Theulphus, & Canonicatu & moribus prædeceſſori par, obiit an. 1115. & tumulo anteceſſori ſuo conjunctus fuit.
29. Simon, Capellanus primùm ac Cancellarius Adelicæ Reginæ, uxoris Henrici I. affabilitate ac comitate celebris: obiit anno circiter 1133.
30. Aluredus, de cujus obitu & geſtis nihil conſtat.
31. Joannes Pagham, de quo etiam nihil memoratur.
32. Rogerus, obiit Turonis in Gallia, an.1179.
33. Balduinus, Abbas Fordenſis, Cantuariam ſeceſſit anno 1184.
34. Guilielmus de Northale, obiit an.1190.
35. Robertus, priùs Canonicus Lincolnienſis, mortuus an. 1191.
36. Henricus, Abbas Glaſtonienſis, obiit an.1195.
37. Joannes de Conſtantiis, Decanus Rothomagenſis, moritur an.1198.
38. Maugerus, Decanus Eboracenſis, qui iram metuens Joannis Regis, in quem ſententiam excommunicationis à Pontifice latam declaraverat, in Galliam profugus, deceſſit C an.1212.
39. Vvaltherus Grai, Lichtfeldiam translatus: obiit anno 1216.
40. Silveſter, ex Monacho Epiſcopus, exceſſit an. 1218.
41. Guilielmus de Bleis, Archidiaconus Buchingamiæ, deceſſit an.1236.
42. Vvalterus de Gantilupo, vir non minor virtute, quàm natalibus, multa pro Eccleſiæ ſuæ immunitate præſtitit, mortuus eſt an.1267.
43. Nicolaus de Ely, Angliæ Cancellarius, translatus eſt Vvintoniam anno eodem quo conſecratus fuit.
44. Godifridus Giffardt, etiam Cancellarius, Regis Henrici III. conſanguineus, ſedit an.34. menſ.4.
45. Guilielmus de Geynsborougm: videtur ante hunc alius fuiſſe nominatus, de cujus conſecratione non conſtat: hic autem poſtquam Romæ S. Palatii lector fuit renunciatus, huic Cathedræ præficitur an.1302.
46. Vvalterus Reynaldus, favore Eduardi II. ſuccedit ann. 1308. & poſt annos quinque Cantuariam transfertur.
47. Vvalterus Maydenſton, cujus vix ulla memoria.
D 48. Thomas Cobham, S.T.D. inauguratus an.1317. vir & eruditione & ſanctitate percelebris, ſic ut *boni Clerici* nomen titulumque deferret: exceſſit an.1327. inſtruxit inſignem bibliothecam.
49. Adamus de Ortlon, Herefordia huc translatus 1327. & an.1333. Vvintoniam.
50. Simon Montacutus, ad Elienſem translatus an.1336.
51. Thomas Hennihal, conſecratur an. 1337.
52. Vvulſtanus de Braundsfordt, moritur an.1349.
53. Joannes Tursby, Epiſcopus Menevenſis primùm, huc
54. Translatus an.1349. deindè Eboracum an. 1352.
55. Reginaldus Briam, ex Menevenſi huc transfertur eodem anno. Renunciatus autem Epiſcopus Elienſis, peſte interiit, antequam ſe eò tranſtuliſſet, an.1361.
56. Joannes Barnet, Theſaurarius Angliæ, translatus Bathoniam an.1363. & tandem Eliam.
57. Guilielmus Vvittleſey, ex Roffenſi Vvigornienſis Epiſcopus, ac poſtremùm Cantuarienſis, an.1368.
58. Guilielmus de Lynna, Ciceſtria huc translatus, anno eodem: at quinquennio pòſt apoplexia corripitur. E
59. Henricus Vvakefeild, præfuit annis 20. Obiit anno 1394.
60. Tinemannus de Vvinchcomb, Medicus Regius, & Monachus: Rege Richardo II. poſtulante, ſubrogatur ann. 1395.
61. Richardus Clifford, ex Archidiacono Cantuarienſi, creatus Epiſcopus, Londinum transfertur an.1407.
62. Thomas Peverell, Carmelita, S.T.D. Sedit annis 10. & ſcriptis clarus emigravit an.1417.
63. Philippus Morgan, Normanniæ Cancellarius, translatus ad Eccleſiam Elienſem an.1425.
64. Thomas Polton, primùm Herefordenſis, dein Ciceſtrienſis & Vvigornienſis Epiſcopus, an.1426. Tandem Romam abiit, & obiit, an.1434.
65. Thomas Bourchier, hinc ad Elienſem, & inde ad Cantuarienſem Cathedram devenit, an.1454.
66. Joannes Carpenter, S.T.D. Oxonienſis Academiæ Cancellarius, poſt mortem claruit miraculis: moritur anno 1443. F
67. Joannes Alcock, Epiſcopus priùs Roffenſis, huc devenit an.1476. & diſceſſit ad Elienſem ſedem.
68. Robertus Moorton, an.1486. ſuccedit.
69. Joannes Gigles, gente Italus: obiit 1498.
70. Silveſter Gigles, nepos prioris, Romæ obiit an. 1521.
71. Julius Medices, Cardin. qui Hadriano VI. ſub nomine Clementis VII. in Pontificatu ſuffectus fuit: hanc Eccleſiam adminiſtravit aliquot annis, donec ſe abdicanti ſuccederet an. 1522.
72. Hieronymus de Negutiis, etiam Italus, qui præfuit an.12. Eo autem ſublato, cœpit gliſcere ſchiſma illud adversùs Pontificem, adeòque deſiit hìc ſeries Catholicorum Epiſcoporum aliquandiu, donec
73. Nicolaus Heate, priùs Roffenſis Epiſcopus, Vvigorniam transfertur. Hic cum novitio ſchiſmati adhærere renuiſſet, libertate & honore exuitur; at mox Maria regnante reſtituitur, & ad ſedem Eboracenſem transfertur.

Revocatur autem ad Vvigornienſem quidam

74. Richardus Pates, quem volunt ab an. 1534. renuntiatum Præſulem, nunquam voluiſſe ad Cathedram ſuam reverti ab Urbe, quò miſſus orator fuerat, atque in exilio velut exauctoratum tandem ſub Maria Regina eam poſſediſſe, donec per Jezabelem impiiſſimam fugatus, ad oras tranſmarinas abiit, & vitam exul pro Chriſto finivit. G

EPISCOPI CICESTRIENSES.

Sub Edelvvico Auſtralium Saxonum Rege, fidei lumen affulgere in illa regione & gente cœperat, magnam illi facem præferente Vvilfrido Archiepiſcopo Eboracenſi, huc in exilium pulſo à Rege Northumbriæ Egfrido; de qua re latiùs in ſerie Eboracenſi. Igitur primus hujus populi Epiſcopus numeratur

1. Vvilfridus Archiepiſcopus Eboracenſis, circa an. 670. Sedit annis quinque, quibus evolutis, revocatur Eboracum, vacatque hæc ſedes annis non paucis, donec an. 711. ibidem conſtituitur
2. Eadbertus, ſive Edbritus, Abbas Selſejenſis.
3. Eolla, ſuccedit, vacatque Cathedra uſque ad mortem Bedæ.
4. Sigelmus, aliis Siga, ſubrogatur, qui interfuit Synodo celebratæ Cantuariæ an.746. poſt quem ſederunt H
5. Alubrith.
6. Oſa, vel Boſa.
7. Giſelherus.
8. Tota.
9. Vviothgus, aliis Peletun.
10. Ethelulphus.
11. Beornegus.
12. Cœnredus.
13. Gutheardus, obiit an.960.
14. Alfredus, obiit an.970.
15. Eadlhelmus.
16. Ethelgarus, Abbas Monaſterii Vvintonienſis, Cantuariam transfertur, an.988.
17. Ordrightus.
18. Elmarus, moritur an.1019.
19. Ethelricus, aliis Agelricus, obiit an.1038.
20. Grinketellus, Simoniacus, deceſſit an.1047.

21. Heca,

A 21. Heca, Heduardo Regi à ſacris Oratorii: obiit 1057.

22. Agelricus, Monachus Cantuarienſis, vir magno ingenio & rerum uſu valens. Exauctoratum tamen & carceri mancipatum ob quendam exceſſum, vult Florentinus Vvigornienſis; obiiſſe verò anno 1070. atque cum hoc deſiit Sedes Seolſeſiæ, vel Seolſejæ, qui locus tunc erat peninſula: nunc aquis abſorpta, vix illius veſtigium apparet.

¶ *Sequuntur Epiſcopi Ciceſtrienſes.*

Mortuo in carcere Agelrico, tranſtulit ſedem hanc Ciceſtriam, circa an. Dom. 1070.

1. Stigandus, Guilielmi I. Regis Sacellanus; eamque tenuit uſque ad an. 1087.

2. Guilielmus, ſucceſſit, de quo nihil ſcriptum reperitur.

3. Radulphus, procero corpore, ſed nec minori animo ingenioque Antiſtes, Regum injuſtis minis, & improbitatibus pro virili reſtitit, multaque bona in Eccleſiam ſuam contulit. De quo memoratur, quòd ter anno quolibet Diœceſim ſuam
B obierit, cauſa prædicandi verbum Dei.

4. Seffridus, Abbas Glaſtonienſis: obiit an. 1132.

5. Hilarius, cujus ſolius nomen traditum reperitur.

6. Joannes de Greenford, ex Decano Epiſcopus: moritur an. 1180.

7. Seffridus II. qui Eccleſiam fortuito igne abſumptam, & palatium Epiſcopale reſtauravit.

8. Simon de Vvelles, electus an. 1198. obiit 1207.

9. Nicolaus de Aquila, conſecratus an. 1209.

10. Richardus Poore, Decanus Sarisburienſis, quò etiam translatus fuit an. 1217. & inde Dunelmum.

11. Radulphus de Vvarhan: obiit an. 1222.

12. Radulphus Nevilli, priùs Angliæ Cancellarius, omnium applauſu electus, & mœrore defunctus, an. 1244.

13. Richardus de Vvich, ſuffectus in locum cujuſdam Roberti Paſſeleu, hominis ſtolidiſſimi, antea electi, & repulſi; & conſecratur à Roman. Pontif. an. 1245. & munus ſuum magna ſedulitate eſt executus, vitamque ita ſanctè & religiosè inſtituit, ut SS. Catalogo meruerit aggregari. Obiit autem in Aprili an. 1253.

C 14. Joannes Clipping, Canonicus Ciceſtrienſis.

15. Stephanus de Berkead, excommunicatus, & à ſede ſua pulſus, exulque, Romam profectus, tandem in gratiam receptus: obiit an. 1287.

16. Gilbertus de Sleofard, Officialis Cantuarienſis, diſceſſit an. 1305.

17. Joannes de Langton, priùs Angliæ Cancellarius: quamdiu ſederit, non comperitur.

18. Robertus Stradford, frater Archiepiſcopi Cantuar. priùs Angliæ Cancellarius: deceſſit in Aprili 1362.

19. Guilielmus de Len, aliàs Lulimere, ex Decano Epiſcopus: translatus Vvigorniam an. 1368.

20. Guilielmus Reade, S. T. D. exædificavit inſignem bibliothecam, & libris undequaque corraſis locupletavit. Obiit an. 1385. relictis pleriſque ſui ingenii monumentis.

21. Thomas Kushook, Dominicanus, Ricardo II. Regi à confeſſionibus, à Landavenſi ſede translatus an. 1385.

22. Richardus Mitford, Sarisburiam transfertur an. 1395.

23. Robertus Vvaldby, ex Hybernia huc transfertur, anno eodem, & poſteà Eboracum.

D 24. Robertus Reade, Dominicanus, Ciceſtriam venit, relicto Epiſcopatu Carliolenſi: defunctus an. 1417.

25. Stephanus Patington, Menevenſis Epiſcopus, huc migravit anno eodem, & ſtatim emigravit.

26. Henricus Vvare, Doctor Legum, conſecratus an. 1418.

27. Joannes Kemp, Roffenſis primùm Epiſcopus, atque hinc Londinum translatus, tandem Cantuariam, factuſque Cardin.

28. Thomas Poldon, ex Herefordenſi Epiſcopo Ciceſtrienſis, & an. 1426. Vvigornienſis.

29. Joannes Rinckingale, S.T.D. Obiit an. 1429.

30. Simon Sidenham, Decanus Sarisburienſis, electus an. 1430.

31. Richardus Praty, Academiæ Oxonienſis Cancellar. Obiit 1445.

32. Adam Molins, Amanuenſis regius, & cuſtos ſigilli, à nautis ſubornatis per Richardum Eboracenſium Ducem occiſus 9. Junii an. 1449.

33. Reginaldus Precock, excellentis eruditionis, & facundiæ Præſul, multa geſſit opere & ſermone pro honoris divini E
augmento: tandem in errores quoſdam delapſus, eoſdem revocavit, libroſque ſuos exuſſit: obiit abdicato Epiſcopatu circa an. 1458. Succedit

34. Joannes Arundellus, Medicinæ Doctor.

35. Edvvardus Story, S. T. D. priùs Carliolenſis, & poſt an. 9. reſidentiæ, huc translatus: moritur an. 1477.

36. Richardus Fitziame, priùs Roffenſis: exceſſit Londini, quò fuerat translatus, an. 1506.

37. Robertus Sherborn, priùs Menevenſis, ſummæ prudentiæ & ſedulitatis Antiſtes: ſedit an. 28. Obiit 1536. erga pauperes beneficentia, & in Eccleſiam munificentia clarus.

38. Richardus Sampſon, Liechtfeldiam transfertur anno 1543.

39. Georgius Dayus, S. T. D. conſecratur an. 1543. Sed ſub Eduardo VI. quòd illius primatui uſurpato in Eccleſiam refragaretur, exauctoratur, & carceri traditur; unde eum exemit Maria regina, & dignitati reſtituit an. 1553. Diſceſſit autem an. 1556. die 2. Auguſti.

40. Joannes Chriſtoferſonus, S.T.D. per eandem Reginam Dayo ſucceſſor deſignatur, vir Græcè & Latinè eruditus, qui F
Philonis & Euſebii ſcripta Latinè reddidit: at ab Eliſabetha notha repulſus, quòd eam Papiſſam nollet confiteri, ex quo Chriſtus mulieres non ordinaſſet, aut paſtores conſtituiſſet. Bibliothecæ ab aliis erectæ egregiam ſupellectilem librorum contulit, quos in ſui mnemoſynon reliquit an. 1559.

¶ Epiſcopi Oxonienſes, Gloceſtrienſes, Petroburgenſes, Briſtolienſes, Vveſtmonaſterienſes, à nobis hìc prætermittuntur, ut qui ſub Henrico VIII. poſtquam à Romana Eccleſia deſciverant, primùm conſtituti abſque Apoſtolicæ Sedis aſſenſu fuerant; quamvis primi inter illos, uti etiam qui ſub Maria Regina ſederunt, Catholicis Epiſcopis annumerandi veniant.

EPISCOPI MENEVENSES.

Ex quo Anglia fidem ſuſcepit, XXVIII. Sedes in ea Epiſcopales conſtitutas perhibent. E quibus una Metropolitana Carlegione fuit, quam occupavit Dubritius quidam, primùm Landavenſis Eccleſiæ Præſul, qui ſedem huc tranſtulit, & ætate jam G
maturus diſcipulum quondam ſuum nomine David ſibi in munere ſubſtituit.

1. David igitur primus in ſerie horum Antiſtitum, ſub anno 522. quo prior defunctus eſt: hic verò ſedit an. 65. & annos ætatis 146. explevit, ac tandem à Calixto II. poſt annos D. Sanctis annumeratus fuit.
2. Kinotus, translatus à Sede Paternenſi.
3. Eliud, qui & Telianus.
4. Ceneu.
5. Moruval.
6. Hernunen.
7. Elvved.
8. Gurnven.
9. Lendivord, an. 810.
10. Gorvvyſe.
11. Gogan.
12. Cledave.
13. Anian, obiit 874.
14. Elvoed.
15. Ethelmen. H
16. Elanc.
17. Maſcoed.
18. Sadermen.
19. Catellus.
20. Sulhathnay.
21. Novis.
22. Etuval.
23. Aſſer.
24. Arthual.

Hunc Catalogum habet Giraldus: alium ex Archivis Menevenſis Eccleſiæ lubet attexere.

1. David.
2. Eliud.
3. Thelianus.
4. Kenea.
5. Morvael.
6. Maernurier.
7. Elveat.

8. Gue-

A 8. Gurnel.
9. Lendyvvyth.
10. Gorvuiſt.
11. Gorgan.
12. Cledanck.
13. Eynaen.
14. Eludgeth.
15. Eldunen.
16. Elvaoth.
17. Malſcuvyth.
18. Madeneu.
19. Catulus.
20. Sylvay.
21. Namis.
22 Sathueney.
23. Doythuval.
24. Aſſer: qui obiit an. 906.
25. Athuael.

Horum autem omnium, præter nuda nomina, nihil habemus.

B 26. Succeſſit Sampſon, quo ſedente, hujus Diœceſis Antiſtites ſeptem ſuffraganeos habuiſſe, ex Archivis docetur. At peſte inguinaria valdè graſſante, Clerus cum Epiſcopo Dolam profugit, ubi ad tempus morati ſunt. Succeſſerunt

27. Ruclinus.
28. Rodericus; quem tamen alii omittunt.
29. Elguni.
30. Lunverd, aliis Lyvvarch.
31. Nergu, aliis Vergo.
32. Sulhidir, aliis Hybertus, obiit an. 942.
33. Eveuris, aliis Everus, obiit an. 944.
34. Morgeneu: hunc Giraldus ait unum inter Epiſcopos carnem deguſtaſſe, ideòque à pyratis occiſum contendit.
35. Nathan.
36. Jevan, qui unico die Epiſcopus fuit.
37. Arguſtel.
38. Morgeney, occiſus à Danis, an. 998.
39. Hervin, homo doctus & pius, obiit an. 1038.
40. Tramerin, Herefordia huc translatus, obiit an. 1055.
41. Joſeph.

C 42. Bleithud, obiit an. 1070.

43. Sulgheim, ſpontè abdicavit, an. 1076.

44. Abraham, ægritudine animi extinctus, quòd Urbem ſuam devaſtari cerneret. Reſumpſit populi precibus exoratus Præſulatum Sulgheim, quem an. 1085. denuò reliquit, & triennio poſt obiit.

45. Rithmarh, ſuccedit, nulli pietate ſecundus.

46. Vvilfridus, obiit an. 1115.

47. Bernardus, Henrici I. Reg. Capellanus, gente Francus, vir magni ſpiritus, ſedit an. 31. obiit an. 1148.

48. David Fits Gerald, deceſſit an. 1176.

49. Petrus, Benedictinorum Prior, Eccleſiam à Danis everſam refecit. Interfuit coronationi Richardi I. an. 1189.

50. Galfridus, Canonicus Regularis, obiit an. 1198.

51. Silveſter Giraldus, Theologus eximius, & multa rerum experientia pollens: ſcripſit varia, quorum meminit Balæus, & ſeptuagenario major obiit.

52. Joruverth, aliis Edibard, vir pacis amantiſſimus, deceſſit an. 1219. Vacavit ſedes annis aliquot.

53. Alſelmus, qui ob vaſtatam patriam dolore contabe-
D ſcens, an. 1247. exceſſit è vivis.

54. Thomas Vvallenſis, eligitur tempore turbido, & ſumma prudentia præfuit uſque ad annum 1255.

55. Thomas Carren, de quo, præter nomen, nihil.

56. Thomas Beek, conſecratur an. 1269. Fundavit bina collegia, ſedit an. 13.

57. David de S. Edmundo, qui vixit uſque ad annum 1320.

58. Henricus Govver, deceſſit an. 1347.

59. Joannes Thorisby, Angliæ Cancellarius, Vigorniam ac Eboracum translatus fuit 1352.

60. Reginaldus Briam, hinc Vvigorniam decedit anno 1352.

61. Thomas Faſtolf, obiit an. 1361.

62. Adam Hovochton, Angliæ Cancellarius: obiit ann. 1389.

63. Joannes Gilbert, à Bangorenſi & Herefordenſi deinde Sede huc devenit, an. 1397.

64. Guido de Mona, Sigilli privati regii cuſtos, Angliæ Theſaurarius, deceſſit an. 1407.

65. Henricus Chichley, Senis à Pontifice conſecratus, anno 1409. Poſt annos quinque Cantuariam devenit. E

66. Joannes Keterich, translatus ad Lichtfeldenſem Eccleſiam an. 1415. deinde Exoniam.

67. Stephanus Patrigthon, Doctor Theologus, & Carmelitarum Provincialis. Interfuit Concilio Conſtantienſi, & Ciceſtriam translatus eſt.

68. Benedictus Micols, Bangoronne huc translatus, anno 1417.

69. Thomas Rodburn, vir multiplici eruditione inſtructus, Theologus, & Mathematicus inſignis.

70. Guilielmus Linvvood, Doctor Legum, variis muneribus & legationibus perfunctus. Scripſit Conſtitutiones Angliæ & mortuus eſt an. 1446.

71. Joannes Langton, Academiæ Cantabricę Cancellarius, conſecratus an. 1446. & 15. poſt dies obiit.

72. Joannes de Labere, Decanus Vvellenſis: hic ponte Tameſim conjunxit Dorceſtriæ.

73. Robertus Tully, Monachus Gloceſtrenſis: obiit ann. 4. Eduardi R.

74. Richardus Martin, Regi ab arcanis conſiliis. F

75. Thomas Langton, Sarisburiam, deinde Vvintoniam transfertur.

76. Hugo Pauz, Eccleſiæ ſuæ egregius benefactor.

77. Joannes Morgan, Legum Doctor, deceſſit an. 1504.

78. Robertus Sherborn, translatus Ciceſtriam 1508.

79. Eduuardus Vaughan, obiit an. 1523.

80. Richardus Raulins, conſecratur eodem an.

81. Guilielmus Barlovv, Aſſaphenſis Epiſcopus, & poſt annos 13. transfertur ad Vvellenſem Cathedram.

82. Robertus Ferrar, vir doctus & pius; initio tamen degeneravit, & in hæreſim prolapſus, vivus exuſtus fuit, poſtquam pertinaciter errorem ſuum tueri voluiſſet, 30. Martii, anno 1555.

83. Henricus Morghan, illi exauctorato ſufficitur: ac ſtatim pòſt Eliſabetha impia Angliæ habenas tenente, profligatus, interiit an. 1559. ſedemque hæreticis deinde reliquit.

EPISCOPI LANDAVENSES.

G

Cathedralem Eccleſiam Landavenſem erectam à Lucio rege perhibent Annales: verùm non comperitur, ullum hìc exſtitiſſe Epiſcopum, antequam ſedem occuparet

1. Dubritius, qui Menevium ſuam ſedem tranſtulerat, ut ſupra à nobis relatum, abdicata Landavenſi.
2. Teliaus, aliis Elius, qui terram ſanctam viſitavit, & opinione ſanctitatis obiit.
3. Oudoceus, procerum, & populi plauſu electus: quo anno, non comperitur.
4. Ubilvvinus.
5. Aidanus.
6. Elgiſtilus.
7. Lunapejus.
8. Comerguinus.
9. Arguviſtil.
10. Gurnan.
11. Guodlious.
12. Edilbinus.
13. Grecielus.
14. Bertvivngus. H
15. Trychanus.
16. Elvocus.
17. Cathuvaert.
18. Cerenhir.
19. Nobis.
20. Gulfridus.
21. Niddus.
22. Cimeliauc.
23. Libiau.
24. Marchluith.
25. Pater, ſub annum 955.
26. Gucan, conſecratus an. 982.
27. Bledri, conſecratus an. 993.
28. Joſeph, conſecratus an. 1022. Multa hujus favore prædia Eccleſiæ acceſſerunt.
29. Herevvaldus, obiit anno 1103. natus plus quàm annos centum, ex quibus 48. Pontificatu hìc perfunctus fuit.

30. Urba-

A 30. Urbanus, ex Archidiacono Epiſcopus, an. 1107. conſecratus à B. Anſelmo Cantuarienſi: obiit an.1133.

31. Ultridus, ſucceſſit poſt ſexennii vacationem, & mortuus eſt an.1148.

32. Galfridus, ſucceſſit, & deceſſit an.1153.

33. Nicolaus à Gurgant, deceſſit an.1183.

34. Guilielmus de Salſomariſco, fuit Epiſcopus 1188.

35. Henricus, interfuit coronationi Joannis Regis 1199.& exceſſit an.1218.

36. Guilielmus, Prior Holelivenſis, deceſſit an.1229.

37. Guilielmus de Burgo, Sacellanus Regius, vocatus ad Concilium Lugdunenſe an.1345.}Ante mortem cæcus effectus, obiit an.1253.

38. Joannes de la VVare, Abbas Margamenſis, deceſſit anno 1256.

39. Guilielmus de Radnor, obiit an.1265.

40. Guilielmus de Brevves, deceſſit an. 1287.

41. Joannes Monumethenſis, S.T.D. Obiit an. 1323.

42. Joannes de Eglieſclief, Dominicanus, ex Hybernia huc translatus an.1323. Obiit an.1346.

B 43. Joannes Paſchal, S. T. D. Carthuſianus Iſibicenſis, vir doctus, & in concionibus diſſertus & aſſiduus: exceſſit è vivis an.1261.

44. Rogerus Cradock, ex Ordine Minorum, obiit an.1382.

45. Thomas Rushook, Dominicanus, S.T.D. Obiit ann. 1385.

46. Guilielmus de Bothleshan, translatus Roffam.

47. Edmundus Brumueld, Monachus, vir valdè eruditus, ſed in rebus agendis ſatis factioſus, & audax, atque pleriſque inviſus exſtitit, & vix biennio præfuit.

48. Tidemannus, Abbas Beaulienſis, qui an.1345. Vvigorniam poſtulatus: huic ſuccedit

49. Andreas Barret, Doctor Legum.

50. Joannes Burghil, Dominicanus, & confeſſor Regis, Lichfeldiam tranſit an.1398.

51. Thomas Beverel, Carthuſianus, S. T. D. Epiſcopus priùs Oſſerienſis in Hibernia, translatus Vvigorniam, ann. 1407.

52. Joannes la Zouch, Minorita, S. T. D. conſecratus an. 1408.

C 53. Joannes Vvelles, etiam Minorita, Theologus: obiit an. 1440.

54. Nicolaus Ashby, Monachus Vveſtmonaſterienſis, deceſſit an.1458.

55. Joannes Hunden, Minorita & Theologus, conſecratur an.1458. ſpontè abdicavit, quietis amans.]

56. Joannes Smidth, S.T.D. Obiit an.1478.

57. Joannes Marshall, S.T.D. Sedit an. 18.

58. Joannes Ingleby, Carthuſianus, ſedit an.1499.

59. Milo Salley, Abbas Abendonenſis, obiit an.1516.

60. Georgius Catharinæ, Dominicanus, gente Hiſpanus, Sacellanus Catharinæ Reginæ, conſecratus anno eodem.

61. Robertus Holgate, S.T.D. translatus Eboracum.

62. Antonius Kitghin, aliis Cunſtan, ſuccedit ann. 1545. Monachus olim Vveſtmonaſterienſis, & Abbas Einſamenſis, quem Godibinus Pſeudo-Epiſcopus hujus Eccleſiæ hoc tempore, dicit parùm fauſto nomine hanc cathedram occupaſſe, eo quòd omnia prædia Epiſcopalia diſſipaverit, & ſedem ad extremam paupertatem redegerit. Et quamvis inquit, eſſet Pontificiæ doctrinæ (quaſi hæc ſingularis aliqua foret, & Anglis antehac ignota) addictiſſimus, tamen omnium ſuorum temporum Epiſcoporum (notet Lector, quanta fuerit erga Apoſtolicam ſedem Antiſtitum illorum obſervantia) primus & ſolus juramentum præſtitit de primatu Regio ſub Eliſabetha. Ecquid mirum, qui patrimonium Chriſti diſſipaverat, ejus etiam fidem & religionem peſſundaret? ſic verum illud Auguſtini ſemper deprehenditur, hæreſim nunquam eſſe primum peccatum: & bonos ab Eccleſia non diſcedere. Igitur Epiſcopatum ad mortem uſque retinuit, quam perfidus obiit 31. Octobris an.1563.

D

EPISCOPI BANGORENSES.

Quis primus Bangoræ Cathedrali honore præfulſerit, hiſtorici adhuc certant. Probabile eſt, ante Normannorum tempora nullum extitiſſe. Poſt quæ

1. Hervæus quidam ſedit; ſed relicto hoc Epiſcopatu, ſub annum 1109. Elienſem Eccleſiam obtinuit. Succedit

2. David, conſecratus anno 1120. Scotus natione, & à juventute bonarum artium ſtudiis imbutus, & Henrici V. Imp. Sacellanus.

3. Mauricius, conſecratus an.1139. & obiit an.1161. Diu ſedes vacavit. E

4. Guilielmus, Auguſtinenſis Cœnobii Briſtoliæ prior, vir doctrina & pietate celeberrimus.

5. Guido, aliis Guianus.

6. Albanus, Prior Hoſpitalis Hieroſolymit. Obiit an. 1196.

7. Robertus Salopienſis, conſecratur an. 1147. & moritur an.1213.

8. Caducanus, Abbas Landefidenſis, an. 1236. Onus Epiſcopale excuſſit, & Monachalem vitam iniyit.

9. Hovvellus, conſecratur an.1236.

10. Richardus, qui an.1248. Epiſcopatu per bellum deſtructo, ad S. Albani cœnobium cum clericis ſeceſſit.

11. Anianus, circa annum 1300.

12. Caducanus, circa an.1306. electus, obiit an.1319.

13. Ludovicus, conſecratus eſt an.1320.

14. Matthæus, obiit an.1357.

15. Thomas de Ringſtead, deceſſit an.1365.

16. Gervaſius de Caſtro, Dominicanus S.T.D.

17. Hovvellus, obiit an.1370.

18. Joannes Gilbert, Dominic. translatus Herefordiam, & Menevetum. F

19. Joannes Epiſcopus Clocenſis, huc translatus an.1376.

20. Joannes Suvaſſam, Carmelita, à Gregorio II. declaratus Epiſcopus, propter frequentia cum Vvicleffitis certamina.

21. Richardus Jonck, ad Eccleſiam Roffenſem transfertur an.1404.

22. Ludovicus, exiguo tempore ſedit.

23. Benedictus Nicols, translatus Meneviam 1417.

24. Guilielmus Barrovv, Canon. Lincolnien. transfertur Carleolum an.1423.

25. Nicolaus, ſucceſſit; at nihil de eo reperitur.

26. Thomas Cheriton, conſtituitur Epiſcopus an.1436.

27. Joannes Stanbery, translatus Herefordiam an. 1452.

28. Jacobus Tuamenſis, in Hybernia Epiſc. Obiit 1464.

29. Thomas Ednam, conſecratur an. 1474.

30. Henricus Dean, Abbas Lantonienſis, transfertur Sariſburiam an.1500. & poſteà Cantuariam.

31. Thomas Pigot: obiit 15. Aug. 1504.

32. Joannes Penny, Legum Doctor, an. 1509. Carleolum transfertur. G

33. Thomas Skevington, conſecratur an.1509. & moritur an.1534.

34. Joannes Capon, aliàs Salcot, Legum Doctor, & Hildenſis Abbas, translatus Sariſburiam, an. 1539.

35. Joannes Bird, Doctor Theologus, & Oſſerienſis n Hibernia Præſul, huc venit an. 1539. inde Ceſtriam poſt ibiennium transfertur.

36. Arthurus Fulkley, Legum Doctor, de quo narratur, quòd Eccleſiam ſuam ſacra ſupellectili & campanis expoliarit, quas cum navi impoſuiſſet, & ipſe ad mare deſcenderet, u eas videret auferri, rediturus, ſtatim lumine orbatus eſt, & ita oculis quos ſacrilegio paſcere geſtiebat, vita autem privatur an. 1555.

37. Guilielmus Glyn, S. T. D. ſuccedit, & ultimo anno Mariæ Reginæ decedit, ac Cathedram hanc ultimus inter Catholicos Antiſtites occupavit.

EPISCOPI ASAPHENSES.

Aſaphenſis Epiſcopatus initia transferunt Annales in annum ſal.560. quo Kentigernus Glaſcuenſis in Scotia Epiſcopus à popularibus expulſus, conſedit inter fluvios Elibyd & Eliby: ibi innumeram turbam prædicatione ſua ad ſe confluere fecit, ſic ut parvo tempore ingens eodem loco populus ſedem figeret. Itaque extructa hìc Eccleſia, Rege annuente, Epiſcopalis Cathedra etiam erecta fuit, quam tenuit prædictus H

1. Kentigernus: quamdiu, non conſtat, quia revocatus in Scotiam aſſeritur, ibique obiiſſe poſt annos 185. ætatis expletos: verùm ante diſceſſum ab eodem ſubſtitutus erat

2. Aſaphus, virtute & multiplici eruditione ornatus: quo autem an. ſederit vel obierit, non conſtat. Veriſimile eſt autem, hanc ſedem diu Antiſtite caruiſſe; nam primus qui in ea poſt Aſaphum occurrit, fuit

3. Galfridus, aliis Arthurus, ex Monacho Benedictino, an. 1151. Hic eſt qui hiſtoriam Britannicam uſque ad annum 689. à redempto orbe conſcripſit. Obiit circa annum 1170.

4. Adam ſucceſſit, nequidquam hanc Cathedram ambiente quodam Guilielmo Parvo: & moritur an.1180.

5. Rei-

A 5. Reinerus, qui floruit anno 1220.

6. Abraham, qui Eccleſiæ ſuæ decimas indulſit, an.1225.

7. Homel ab Ednevelt, creatur Epiſcopus anno 1235. & 12. annis præfuit.

8. Anianus I. conſecratus an.1248. ſedit an.18.

9. Anianus II. vocatus de Schoonavv, Dominicanus, deceſſit an. 1242.

10. Leonlius de Bromfeld Canonicus, legavit Eccleſiæ ſupellectilem & librorum copiam, obiit an.1313.

11. David à Blethen, exceſſit an. 1345.

12. Epraem, obiit an. 1352.

13. Henricus, ſedit Eduardo III. regnante.

14. Joannes Trevar prioribus tempeſtivè defunctis ſubrogatus, an.1356. diem clauſit extremum.

15. Leoninus ab Madoc, ab Innocentio VI. Avenione renuntiatus Epiſcopus, deceſſit an. 1376.

16. Guilielmus de Spridlinton, ex Decano Epiſcopus conſecratur an. 1376. menſe Majo, obiit an.1382.

17. Laurentius Child monachus, obiit an.1389.

18. Alexander Bach Dominicanus S. T. D. obiit anno B 1395.

19. Joannes Trevaur deceſſit an.1406.

20. Robertus obiit an.1433. Vacavit ſedes.

21. Joannes Lovv S.T.D. Henrici IV. opera Epiſcopus, anno 1439. & anno 1443. ad Roffenſem Cathedram evectus.

22. Reginaldus Peacock S. T. D. Ciceſtriam transfertur an. 1450. & ſuccedit.

23. Thomas, qui annis ſupra 12. præfuit.

24. Richarus Redman Epiſcopus fuit ann. 1485. translatus Exoviam, poſt Eliam.

25. David ab Omen, homo munificus & liberalis, deceſſit anno 1512.

26. Etmundus Eitkhead S. T. D. vita functus an.1518.

27. Henricus Standish S. T. D. præfuit ann.16.

28. Guilielmus Barlovv, Canon. Regularis, Meneviam translatus, & poſteà Vvellam.

29. Robertus Parfevv, aliàs Vvarton, Abbas Bermonſienſis, conſecratus an.1536. ſedit ann.18. & Mariæ Reginæ favore Herefordiam transfertur an.1554. ſuccedit.

C 30. Thomas Goldvvel, vir apprimè eruditus, & virtutis non vulgaris, qui Catholicæ veritatis tenaciſſimus, primatum Eccleſiaſticum noluit confiteri in Regina reſidere, quarè ſolo mutato, exul occubuit ſub ann. Dom.1559.

ARCHIEPISCOPORUM EBORACENSIUM SERIES.

Secundæ poſt Cantuarium dignitatis Eboracum eſt, urbs ampla & potens, Huſæ fluvio adjacens, in qua olim metropolitana ſedes conſtituta eſt, quam inivit.

1. Paulinus, qui ab Honorio PP. pallio donatus fuit. Vult Godibinus, ante Paulini prædicationem hìc quatuor alios extitiſſe Epiſcopos, verùm alii diſſentiunt, & à Paulino hunc catalogum ordiuntur; cujus labore Edibinus Rex Northumbrorum aquis ſalutaribus tinctus, Chriſtianam fidem amplexus fuit, ac multa millia ad Chriſtianiſmum converſa. Poſtmodùm exorientibus turbis, Roffenſi cathedræ præficitur, & in Octobri anni 644. hinc evocatur laborum præmia accepturus, poſt 19. ann. regiminis. Vacavit ſedes plus quàm viginti annis, D & ſuccedit.

2. Cedda vir ſanctus, ait Beda, modeſtus, & in Scriptura Sacra inſtructus. Qui à Rege compellitur hanc ſedem, ad quam aliàs erat nominatus Vvilfridus, ſed diutiùs, quàm par erat, deliteſcens in Gallia, occupare. Verùm is reduci priùs nominato ceſſit, & Lichtfeldiam transfertur.

3. Vvilfridus igitur vir ab ætatis primordiis benè inſtructus, multa in vineæ Dominicæ cultura pietatis & ſedulitatis exhibuit obſequia. Verùm multas à Rege injurias perpeſſus, annos natus 75. obiit, anno ſcilicet poſt Incarn. Verb. 711. die 12. Octobris. Vide *Bedam hiſt. Eccl. l.5. c.20.*

4. Boſa, vir manſuetus & prudens, ſedit an.10.

5. Joannes Beyerlacenſis liberalibus diſciplinis inſtructus, & vitæ ſanctitate celebris, defunctus an.721.

6. Vvilfridus priore vivente aſſumptus in coadjutorem, ſedit ann.13. & deceſſit an.731.

7. Eobertus vir prudens & ſummæ experientiæ: qui Epiſcopatum hunc in ſtatum priſtinum reſtituit.

8. Cœna, alii Abertum appellant, ſedit annis 14. deceſſit anno 781.

9. Eanbaldus I. prioris coadjutor, annis 17. præſedit, obiit anno 796. E

10. Eanbaldus II. conſecratus anno inſequente.

11. Vvulſius, aliis Vulfridrus, obiit an. 831.

12. Vvimundus ſedit ann.17. & obiit an.854.

13. Vvilferus ſuccedit & 46. annis ſedit. Ann.873. à Civibus ſuis pulſus, at poſtmodùm revocatus fuit, & defunctus creditur circa annum 900.

14. Ethelbaldus, de hoc nihil traditur.

15. Redevvardus, & hujus fama tenebris obvolvitur.

16. Vvulſtanus I. in vincula conjectus, quòd Danorum partibus plus æquo faveret, tandem liberatus, morte ſublatus eſt anno 955.

27. Oskitellus vitæ innocentiſſimæ, & eruditionis eximiæ, annis 16. munere ſuo cum laude perfunctus, obiit anno 971.

18. Anthelvvodus, quietis amans, ſpontè ſe ociùs abdicavit.

19. Oſvvaldus vir integerrimus, ſummuſque continentiæ virginalis aſſertor; quam ob rem malè audit apud Pſeudo Epiſcopum, & uxorium Godibinum: ſedit annis 32. deceſſit 992. F

20. Adulphus Abbas Peturburgenſis, vir ſanctus & reverendus. Sedit uſque ad ann.1003.

21. Vvulſtanus Secundus, ſedit annis 20. obiit anno 1023.

22. Alfricus, aliis putatur Præpoſitus Vvintonienſis, vir munificus in pauperes, & Eccleſiam. Obiit anno 1050.

23 Kinſius Eduardi Regis confeſſarius, deceſſit 1060.

24. Alfredus Monachus Vvintonienſis, ſedit annis 10.

25. Thomas Primus Canonicus Bajocenſis, vir in omni vita integer, niſi quòd cum Archiepiſcopo Cantuarienſi de primatu contenderit. Inaugurationi Henrici Primi Regis interfuit in Auguſto anni 1100. ac menſe Novembri poſt deceſſit.

26. Girardus, præfuit Herefordienſi Eccleſiæ, homo literatus & facundus, caſtitatis amans, & promotor. Balæo & Godibino fœminis deformatæ Eccleſiæ presbyteris ob id non probatur. G

17. Thomas II. prioris nepos, piis legatis celeberrimus, deceſſit anno 1114.

28. Thurſtanus Sacellanus Regius, ann. 26. præfuit; ætate autem ingraveſcente, ſpontè præſulatu ſe exuit, & monachus factus, vitam in pace tranſegit, an.1140.

29. Henricus Murdac, rexit annis 10. emigravit anno 1153.

30. S. Guilielmus ingenti plauſu à clero & populo ſuſceptus, è quo ante decennium pulſus fuerat, tot ſuæ ſanctitatis exhibuit teſtimonia, ut meritò inter ſanctos relatus fuerit. Periiſſe exiſtimatur veneno, quod illius innocentiæ hoſtes propinarant, an.1154.

31. Rogerus ſuccedit, & moriens omnem pecuniam pauperibus diſpenſandam commiſit, an.1181.

32. Galfridus Plantagenet, filius nothus Henrici II. Reg. ex Lincolnienſi Cathedra hìc poſtulatus, an. 1191. conſecratur. Præfuit ann.22. & moritur 1213.

33. Vvaltherus Gray, poſtquàm an.4. Sedes vacaverat, eligitur: rexit ſtrenuè Eccleſiam ſuam an.40. & vitam hanc cum meliore commutavit an. 1255.

34. Sevvallus, Decanus primùm, omnium calculis electus an.1256. multa ſuſtinuit incommoda & labores in ſuo præſulatu, quòd quibuſdam exactionibus ſe opponeret: multa utiliter decrevit, obiit an.1258. H

35. Godefridus de Hinton ſedit annos ſex, menſ.3.

36. Vvalterus Giffrad, Vvellenſis priùs Epiſcopus, & Capellanus Pontificius, ſedit annis 13. menſibus 6. & obiit in Apr. an. 1279.

37. Guilielmus Vvinkvvane (cujus in locum Onuphrius contendit S. Bonaventuram deſignatum à Pontifice) Romæ conſecratus, annis 6. præfuit. Miraculis poſt mortem claruit.

38. Joannes Romanus, priùs Eboracenſis Theſaurarius, doctrina, vitæque integritate celeberrimus, ſedit annis decem, & deceſſit an.1295.

39. Henricus Nevverck ex Decano Archiepiſcopus, deceſſit anno 1299.

40. Thomas Cordbridg, eximius Theologus, obiit anno 303.

T 41. Gui-

A 41. Guilielmus de Greinfeild. Angliæ primùm Cancellarius, eloquentia & conſilio clarus. Magnus fautor Templariorum extitit, interfuit Concilio Viennenſi an. 1311. ſedit annos 10. & mortuus eſt an. 1315.

42. Guilielmus de Melton ; qui Biennio hæſit Avenione, antequam conſecraretur. Ornavit feretrum, in quo recondita ſervabantur oſſa Sancti Guilielmi : deceſſit anno 1340.

43. Guilielmus de Zouch, Decanus primùm, conſecratus Avenione an. 1342. ſublatus an. 1352.

44. Joannes Thusbey, Menevenſis Epiſcopus, Vvigorniam transfertur, factuſque Angliæ Cancellarius, circa Octobrem anni 1353. huic Sedi preficitur. Fuit magnus Theologus & juriſconſultus, nec pauca reliquit ingenii ſui monumenta : obiit an. 1373.

45. Alexander Nevilli Regi Richardo charus, at mox neſcio quid molitus adversùs Pontificem, ſede ſua pellitur. Unde primùm in Scotiam, inde Lovanium in Brabantiam devenit, curaque Eccleſiæ cujuſdam Parochialis ſuſcepta, deceſſit anno 1391.

B 46. Thomas Arundel exauthorato Nevillio ſufficitur, qui priùs Elienſis Epiſcopus fuerat. Tandem omnium primus Eboraco transferri ſe paſſus fuerat an. 1396. Succedit.

47. Robertus Vvaldhy vir titulo ſcientiæ clarus, ac inſignis concionator : fuit ante variis honoribus perfunctus, huic Eccleſiæ vix anno præfuit.

48. Richardus Scrobe J.U. Doctor, vitæ ſanctitate emicuit, cunctiſque amabilis, injuſtè accuſatus & condemnatus, capitis ſupplicium tulit an. 1405.

49. Henricus Bovvet. poſtquam menſibus 30. Sedes vacavit, ſufficitur : à Bathonenſi Eccleſia translatus an. 1406. annis ſedit 17.

50. Joannes Kemp. ex Roffenſi, Ceſtrienſi, & Londinenſi ſucceſſivè Epiſcopo, conſecratur Eboracenſis ann. 1425. quando ſedes biennio vacaverat, præfuit annis 28. & creatus Cardinalis tit. S. Balbinæ & Ruffinæ, & tandem Cantuariam migravit.

51. Guilielmus Boothe, ex Lichtfeldenſi & Coventrenſi Epiſcopo, poſt ſex annos regiminis, Eboracenſis Præſul declaratur, C & præeſt annis 12. ac decedit menſe Septembri anno 1464.

52. Georgius Nevilli, Comitis Richardi frater, Cancellarius Oxonienſis, deputatus ad Cathedram hanc, cum Eduardo Quinto Rege gravia diſſidia habuit, ut à quo incarceratus annis aliquot, vix tandem evaſit ann. 1476. quo etiam mœrore confectus obiit. Nihil de illo memoria dignum memoratur, quàm quòd in ſua inauguratione tam ſplendidum convivium inſtruxerit, tot miſſus apponendo, ut neque illo, neque hoc ſæculo ſimili magnificentia aliud exhibitum credatur. Vide *in hoc Opere locum de Conviviis, ubi de eorum luxu*.

53. Laurentius Boothe, Epiſcopus primùm Dunelmenſis anno 1456. poſt annos 20. huc migravit, & Angliæ Cancellarius conſtituitur : obiit poſt triennium hìc exactum, anno 1480.

54. Thomas Roteram, aliàs Schot, primùm Roffenſis, dein Lincolnienſis, ubi Bibliothecam & Collegium pro pauperibus ſtudioſis inſtruxit ; tandem Eboracenſis Archiepiſcopus evaſit, mitram hic pretioſam reliquit ſucceſſoribus. Peſte exD tinguitur an. 1500. annos natus 76.

55. Thomas Sauvage, & Roffenſis, & Londinenſis extitit Epiſcopus primùm, translatus Eboracum ann. 1501. Regi Henrico VII. anteà charus, cum aulicorum negotiorum eſſet peritiſſimus, & venationi deditiſſimus. Epiſcopus deſtinatus, exceſſum ſumptuum, qui hactenùs in ſtallatione fieri ſolebant, amputavit. Sedit annos 7.

56. Chriſtophorus Bambridge, legum Doctor, & Decanus Eboracenſis. Mox Dunelmenſis, ac tandem Eboracenſis Eccleſiæ antiſtes renunciatur, an. 1508. Miſſus orator ad Urbem quando bellum exarſit inter Ludovicum XII. Galliarum Regem, & Julium Pontificem, cui Rex Angliæ Henricus VII. hujus conſilio ſuppetias tulit. Quarè coaptatus in numerum S. R. E. Cardinalium, menſe Martio, anno 1511. veneno quod œconomus præbuerat, qui fuſte ab eo caſtigatus fuiſſet, interiit. *Lege Paulum Iovium*.

57. Thomas Vvolſæus humili loco & patre natus, bonarum artium ſtudiis à puero imbutus fuerat. Henrico VI. charus, imò intimè familiaris ac velut moderator, aſtutè rem ſuam promovit : homo ambitioſus, inquit Godibinus, qui etiam ſummum Pontificatum ſpe devorabat. Henrico VIII. E ſuaſor primùm aliquouſque exſtitit infamis iſtius & exitialis repudii. Creatus Cardinalis paulò antè, multa per diſſimulationem moliebatur, tandemque Regi exoſus factus, omnium invidiam incurrit, & variis dignitatibus, quibus præ fulſerat, exuitur, ac Eboracum relegatur. Ubi mox ad læſæ majeſtatis cauſam dicendam comprehenditur, & in itinere abripitur, multa ante mortem pro innocentia ſua, & Regia majeſtate præfatus. Reliquit pleraque ſuæ liberalitatis teſtimonia Ozomæ, & alibi : cum priùs in ſplendida fortuna fuiſſet. Obiit ergo ſub annum Domin. 1530. Vacat anno integro.

58. Eduardus Leen Henrici VIII. Eleemoſynarius ſuccedit. Qui poſt obitas varias legationes, & Epiſcopatum annis 13. adminiſtratum, obiit in Septembri an. 1544. Scripſit adversùs Eraſmum.

59. Robertus Holghat à Laudunenſi Sede huc transfertur, fuerat monachus Sempringamius. Verùm libidini fræna relaxans, dum inceſtuoſis nuptiis ſe polluit, à Maria Regina exauctoratur, & vinculis traditur. Succedit. F

60. Nicolaus Heat, S. T. D. & Roffenſis, ac Vvigornienſis Epiſcopus, quamvis ab Eduardo VI. exauctoratus. Maria enim ſuccedente, reſtitutus, ac Vvalliæ etiam Præſes conſtitutus, anno 1553. Eboracum transfertur, & Angliæ Cancellarius renuntiatur. Quibus honoribus uſque ad tempora Eliſabethæ Reginæ cum laude perfunctus, dum eam Papiſſam in Anglia non agnoſcit, deponitur, & reliquo vitæ Deo & ſtudiis conſecrato, moritur ſenex, & plenus dierum ac meritorum.

EPISCOPI DUNELMENSES.

Oſvvaldo Northumbrorum Rege habenas tenente, circa annum Domini 634. juxta Godibinum, dum anxiè pro ſalute ſubditorum incumbit, & de ſalutaris doctrinæ pabulo ſedem proſpicere ſatagit, vicinos Scotos, qui veritatem Euangelicam amplexi jam fuerant, per oratores ſolicitabat, ut virum aliquem ad ſe mitterent, qui parvulis panem verbi Dei frangeret. Igitur conſilio deſuper habito, ablegarunt virum G pium ac zeloſum, Aidanum, in locum alterius Sacerdotis antea miſſi, qui cum durioris eſſet ingenii, ægrè diſcernere poterat, quibus lacte, quibus ſolido cibo opus eſſet.

1. S. Aidanus ergo illi ſubſtitutus, totis annis 14. nihil intermiſit officii, quo minùs Chriſti ovile fœcundaret ; nec aliud docebat, ait Beda, quàm quod exemplo ſuo coram præſtaret. Sæculi & honorum contemptor exſtitit, ut Chriſto plures lucraretur. Miraculis claruit poſt mortem, quæ incidit in 31. Auguſti, an. 651. Legatur *Beda hiſt. Angl. l.3. c.3.* §. 14. 15. 16. & 17.

2. Finanus eidem Aidano, Scotorum favore, rursùs ſufficitur, qui annis circiter 10. Epiſcopali munere perfunctus, obiit 661.

3. Colmannus, etiam Scotus, gravem habuit ſuo tempore controverſiam de obſervatione Paſchæ, & nonnullis aliis, de quibus *Beda l.3. c.25.*

4. Tuda prioris comes, & ſucceſſor fuit deſignatus, vir ſummæ prudentiæ, ac in concionibus aſſiduus, ſedit vix an.

5. Eata, & hic comes Anteceſſorum, ſedit uſque an. 684. H ejuſque tempore ſedes bipartita evaſit, una quidem Haguſtaldi, quod nunc Hexha, Axelodunum Romanis ; ubi & novem ex ordine Epiſcopi reſederunt, deſiitque hìc cathedra poſt ann. 820.

6. Cuthbertus verò Eatæ ſucceſſor, vir ſtrenuus & zeloſus, at biennio in Epiſcopatu tranſacto, ad eremum ſe contulit, ac cum ſanctitatis opinione, quam miracula aſſeruerunt poſt mortem, obiit. Videatur *Venerabilis Beda*. Vacat ſedes anno primo.

7. Eadbertus vir, ait Beda, ſcientia divinarum Scripturarum, & cœleſtium præceptorum obſervantia inſignis. Sedit annis 10. deceſſit an. 698.

8. Egbertus, aliis Egſridus, vir eruditus, ac ſenior in munere paſtorali : vertit Biblia in linguam Anglo-Saxonicam obiit 721.

9. Ethelvvoldus Abbas Mailroſenſis, obiit an. 738.

10. Kenulphus ab Adelberto Rege in vincula conjectus an. 750. deceſſit an. 781. Vacat aliquot annis.

11. Hihbal-

A 11. Hihbaldus, præfuit annos 13. & anno 803. defunctus eſt.

12. Ebertus, moritur an. 819.

13. Egfridus, moritur anno 845. Linderfernenſis Epiſcopus.

14. Eambertus, moritur an. 854.

15. Eardulfus, circa ann. 884.

16. Cuthardus, obiit an. 915.

17. Tilredus, obiit an. 927.

18. VVithredus, obiit an. 944.

19. Uthreſdus. } nihil de his præter nomina traditur.
20. Sexhelmus. }

21. Aldredus, deceſſit an. 968.

22. Alduvinus, aliis Aldhunus, circa annum 990. conſecratur. Præfuit annos circiter 29. & obiit an. 1019.

23. Eadmundus electus ann. 1020. conſecratus poſt quinquennium. Sedit an. 23. & moritur an. 1048.

24. Eadredus 10. menſibus rexit hanc Eccleſiam.

25. Egelricus Monachus Petroburgenſis, abdicavit ſe Epiſcopatu anno 1056. at apud Guilielmum Regem maB jeſtatis læſæ reus poſtulatus, in carcere obiit anno 1062. in Oct.

26. Egelvvinus, exul ſpontè ab Anglia in Germaniam contendebat, ſed tempeſtate in Scotiam repulſus, exhibitis ſuæ ſedulitatis, & ſanctitatis teſtimoniis non vulgaribus, Epiſcopus creatur. At mox Regi cum ſuis ſe opponens, in carcere hac vita defungitur. Exauctorato autem, & adhuc ſuperſtiti ſuffectus fuit.

27. VValcherus auctoritate Regia, patria Lotharingus, qui concitatis in ſe odiis popularium, tandem cæſus eſt unà cum pluribus aliis, qui eum comitati, an. 1080.

28. Guilielmus de S. Carileſo Abbas S. Vincentii, qui etiam Regi charus, tandem ab illius amicitia excidit, vita verò an. 1099. excedit. Vacat an. 3. menſes 4.

29. Ranulphus Flambard Capellanus Mauritii Londinenſis Epiſcopi, homo vafro ingenio, in exilium profugus interiit, poſtquam revocatus fuiſſet ad Cathedram, quam an. 29. poſſederat. Deceſſit autem menſe Septembri 1128.

30. Galfridus Rufus Angliæ cancellarius, cum ſediſſet ann. 12. naturæ debitum exſolvit an. 1140.

C 31. Guilielmus de Sancta Barbara, Decanus Eboracenſis, homo ad pietatem & religionem compoſitus, obiit anno 1152.

32. Hugo Puſar VVintonienſis Archidiaconus, præfuit an. 42. huic Eccleſiæ, & obiit circa an. 1196.

33. Philippus Pictavienſis, à Pontifice excommunicatus, obiit an. 1207. Hic cudendæ monetæ Dunelmi facultatem à Richardo Rege accepit, & uſurpavit.

34. Ricardus de Mariſco, Angliæ Cancellarius, poſt an. 10. eligitur. Erat prodigus & nimiùm profuſus, ac litibus multis implicitus : obiit morte inopinata.

35. Richardus Poore repulſo Luca Sacellano Henrici Tertii ſubrogatur, Sariſburia translatus, & ob plurimas animi virtutes meritò celebrandus. Præſciviſſe videtur diem reſolutionis ſuæ, ut quem convocato ad ſe populo ſuo indi cavit, omnibuſque ſalutaria monita dedit, legenſque Completorium, ad verſum iſtum, In pace in idipſum, &c. expiravit 15. Aprilis anni 1236.

36. Nicolaus de Fernham, repulſo Thoma Prior Eccleſiæ Dunelmenſis, invito Rege electus, conſecratur an. 1241. rege D & regina præſentibus : abdicavit Epiſcopatum octennio poſt, & anno deinde 1257. migravit ad Dominum.

37. VValterus de Kirkam ſedit annos decem, obiit anno 1260.

38. Robertus Stitchell. annis 14. præfuit, obiit an. 1274.

39. Robertus de Inſula an. 9. expletis, moritur.

40. Antonius Beack, magni nominis Præſul fuit, & cum annos ſediſſet 28. defunctus fuit an. 1311.

41. Richardus Kelovv ſedit annis quinque.

42. Ludovicus Beaumont ex ſanguine Regio Gallorum, à Pontifice conſtitutus Epiſcopus, utroque pede claudus, quem Godibinus ita indoctum Latinè ſcribit, ut Bullas ſuas legere vix poſſet ; multa tamen præſtitit memorabilia. Interiit an. 1333.

43. Richardus de Bury, per honorum gradus ad hunc apicem conſcendit. Inſtruxit egregiam Bibliothecam Oxoniæ ad uſum ſtudioſorum. Sedit an. 11. deceſſit an. 1345.

44. Thomas Hadfeild, reſedit uſque ad ann. 1381.

45. Joannes Fordhan Decanus VVellenſis, ſedit annos 7.

46. VValtherus Stirlavv ex Lichfoldenſi, & Conventrenſi E Epiſcopo, factus Dunelmenſis an. 1388. multa ad ornatum ſuæ urbis & Eccleſiæ præſtitit : præfuit autem an. 28. & ſub initium an. 1406. deceſſit.

47. Thomas Langleu Cancellarius Angliæ, & per Joannem III. Papam Cardinalis creatus : ſedit hic an. 31. & an. 1437. interiit.

48. Robertus Nevilli, Sariſburienſis primùm, & deinde Dunelmenſis Epiſcopus, deceſſit an. 1457.

49. Laurentius Boothe, conſecratur anno eodem, & Eboracum transfertur an. 1476.

50. Guilielmus Dudley VVindeforenſis Decanus, obiit anno 1483.

51. Joannes Shrevvod vir doctus & induſtrius, ſedit an. 11. deceſſit an. 1494.

52. Richardus Fox, primùm Exonienſis, deinde Bathovenſis, ad extremum hujus Cathedræ renuntiatur Epiſcopus anno 1494. Tandem VVintonæ conſedit, & ſuccedit anno 1502.

53. Guilielmus Severus cribrorum opifice natus, ex Carliolenſi Epiſcopo huc translatus, ſedit uſque ad an. 1505. Vacavit F annis duobus.

54. Chriſtophorus Bambridge poſt anni unius regimen Eboracum tranſit an. 1508. poſteà creatus Cardinalis.

55. Thomas Ruthal propter varias animi dotes ad hanc cathedram devenit, Regis Henrici VII. Secretarius, exceſſit è vivis an. 1524.

56. Thomas Volſæus Cardinalis, qui plurium Epiſcopatuum adminiſtrator fuit, etiam hunc, dimiſſo Bathonenſi, habuit ; de quo vide Epiſcopos Eboracenſes, nam & inter illos cooptatus fuit.

57. Cultbertus Tunſtali Epiſcopus Londinenſis priori ſuccedit ; de quo Thomas Morus Epiſtola ad Eraſmum, Tunſtalo ut nemo eſt bonis litteris inſtructior, nemo in vita moribuſque ſeverior : ita nemo uſquam in convictu jucundior. Itaque hic conſecratur anno 1530. cumque præfuiſſet annos 21. ſub Eduardo Seſto ob irreligioſam religionem captus menſibus 19. ſtatim eo defuncto ſub Maria reſtituitur. At paulò poſt eadem ſublata, cum primatum Eccleſiaſticum nollet profiteri, honore exuitur anno 1559. & in libera cuſtodia habitus, moritur octogenario major, anno Domini 1560. vir G memoria ſæculorum dignus. Defecit in hoc linea Catholicorum Antiſtitum,

EPISCOPORUM CARLEOLENSIUM SERIES.

Carleolum urbs antiquiſſima, Luguballia Romanis dicta, funditùs everſa à Danis circa annum Chriſti 900. At poſt annos 290. Guilielmus Secundus Rex in Scotiam pergens, viſa loci opportunitate, eum munivit, caſtrumque excitavit, ac ex Belgis primas eò colonias tranſtulit. Igitur cum in ordinem hic populus redigi cœpiſſet circa annum 1093. annuente Rege Eccleſia cœpta ædificari, & Euangelii ſemen diſpergi, & Collegium Canonicorum inſtitutum eſt, ac terminatæ diœceſes variæ, quarum, annuente Pontifice & Rege inſtante, primus Antiſtes conſtitutus fuit.

1. Adelvvaldus Canonicorum Prior an. 1133.

2. Bernardus mortuo ſucceſſit an. 1186. H

3. Hugo Abbas de Bello, vivere deſiit an. 1223.

4. VValterus Malclerk anno eodem Cathedram hanc obtinuit, eoque an. 1246. ſe abdicavit, factus ex Ordine Prædicatorum, cujus tunc initia fervebant.

5. Silveſter de Edverdon Angliæ Cancellarius, prolapſus ex equo laſcivo, periit an. 1253.

6. Thomas Vipont, ſedit anno unico, obiit an. 1256.

7. Robertus Chauſe Capellanus Reginæ, conſecratur ann. 1258. moritur an. 1278.

8. Radulphus de Ireton Prior Hisburnenſis.

9. Joannes de Alton Canonicus, eligitur anno 1288. ſedit annis 32.

10. Joannes de Roſſe, præfuit an. 13.

11. Joannes de Kieby Canonicus, ſedit an. 20. vir bellicoſus, Scotos, qui urbem ſuam incederant, perſecutus, coegit iniquo loco dimicare, & ſpoliis graves inopinatò oppreſſit, circà an. 1333.

12. Gilbertus de VVelton Leg. D. obiit an. 1363.

13. Thomas de Appebley, ſedit an. 33. obiit 1395.

A 14. Robertus Reat. Dominicanus, translatus Ciceſtriam an. 1397. & ſuffectus eſt.

15. Thomas Markes monachus VVeſtmonaſterienſis, conſecratus invitis Canonicis an. 1397. attamen ſe virum oſtendit eo munere non indignum; graves tamen difficultates ſuſtinuit, ut cuſtodiæ traderetur, & invitus exueretur dignitate: vixit uſque ad an. 1400.

16. Guilielmus de Stirland, qui ſedit an. 19.

Rogherus Vvhelpadle S. T. D. conſecratus an. 1419. Scripſit nonnulla opuſcula. Obiit an. 1422.

17. Guilielmus Bartovv, Epiſcopus Bangorenſis primùm, deceſſit an. 1429.

18. Marmaducus Lumley, poſtquam hìc ann. 20. ſediſſet, Lingolniam transfertur an. 1450.

19. Nicolaus Cloſe poſt biennium Lichfeldiam migravit.

20. Guilielmus Percy præfuit annis 10.

21. Joannes Kinſchote Doctor legum, ſedit annum unum.

22. Richardus Schroope, deceſſit in Majo an. 1408.

B 23. Edvvardus Storey S. T. D. poſt ann. 9. Ciceſtriam tranſlatus eſt.

24. Richardus ſedit ann. 18.

25. Guilielmus Sever, Abbas Eboracenſis, Dunelmum transfertur an. 1503.

26. Rogerus Layburn S. T. D. ſedet ann. 6.

27. Joannes Penny legum Doctor, Epiſcopus primùm Bangorenſis, huc transfertur anno 1509. obiit autem anno 1519.

28. Joannes Kite, anno 1520. conſecratur, & moritur ann. 1537.

29. Robertus Aldrich S. T. D. quem Eraſmus vocat blandæ eloquentiæ juvenem, obiit an. 1555.

30. Ovvinus Ogelthorp S. T. D. VVintonienſis Decanus Eliſabethæ Reginæ ſolemnia impendit in inauguratione: neque tamen idcircò illius primatum agnovit, aut ab Apoſtolicæ Sedis prærogativa deflectere ad latum unguem voluit. Eaque propter exauthoratus ann. 1559. & paulò poſt apoplexia extinctus eſt.

C EPISCOPI CESTRIENSES.

Fuit olim Ceſtriæ Cathedra Epiſcopalis, translata per Petrum Lichtfeldenſem Antiſtitem Lichtfeldia huc. Porrò Coventriam deinde devenit, ac ad extremum Lichferdiam reducta eſt. Henricus verò VIII. inter alias novitates, huic civitati honorem priſtinum tanquam Eccleſiæ ſuæ caput reſtituit, & primum Epiſcopum dedit erroris ſui ſocium, monachum Carmelitam, qui nihil minùs quàm vitæ ſolitariæ, quàm nomen Monachi importat; amans, voti immemor, inceſtuoſas nuptias Aſmodæi impulſu inivit. Regnante Maria exauthoratus, infelicem animam exhalavit ann. 1556.

Succeſſit, eadem Regina annuente, Joannes Cotes, ſed immatura morte præreptus, & ſubſtituitur Cutbertus Schot, vir integerrimus, & Catholicæ fidei propugnator acerrimus. Ab Eliſabetha, quòd illi honorem Papiſſæ deferre abnueret, profligatus, & incarceratus, tandem elabitur, & Lovanium profugus, diem ibi ſupremum obiit. Atque ab hoc tempore tota paſſim Anglia abominatio deſolationis ſtat in loco Sancto.

D

Hæc de Epiſcoporum Angliæ origine, ſucceſſione, & occaſu quantum ad nos ex aliorum ſcriptis devenire potuit, ſufficiant. Vtinam Deo viſum, interruptas illorum ſeries aliquando Orthodoxorum Antiſtitum, quales fuere illi quos dedimus, continuatione perficere; & Regnum iſtud, olim præ aliis Catholicum & Religioſum, deterſa novitiæ deformationis nube, rurſus Apoſtolicæ Cathedræ tributarium & ut par eſt, ſubditum videre poſſe.

* Epiſtola. E

☞ Pete nonnulla ex Titulo de Voce, Vox ſcripta. Item de Proditione, ibi Proditi per Epiſtolam, Regno exuti. Item ex loco de Literis, ubi multa ex profeſſo de earum varietate.

DEFINITIO, ETYMOLOGIA, APPELLATIO VARIA.

EPiſtolæ Græcanica vox ἀπὸ τοῦ ἐπιστέλλειν, quaſi Miſſoria: Miſſam interpretatur *Iſidorus, & Plautus* etiam uſurpat. Politianus Epiſtolam ſcribit, quòd ita à Veſpaſiani ævo lapidibus inſcriptum reperiatur, Rectiùs tamen Epiſtolam dicis. Miſſivæ nomen apud Caſſiodorum reperitur. Appellavere aliis nominibus Priſci, Literas, Tabulas, Tabellas, Codicillos, Imò & Literam Poetæ, ut videre eſt apud Ovidium frequenter. Literæ ob eminentiam dictæ, quia earum inter omnes literas creberrimus uſus; Tabulæ, Tabellæ, Codicilli, quòd ante cartæ & membranarum uſum, in dolatis ex ligno codicellis epiſtolarum colloquia ſcribebantur, ut obſervavit *Iſidorus lib. 7. orig.* Quò fit, ut portitores vocemus Tabellarios. F

Itaque Veteres per tabellas ultrò citroque miſſas, certiores faciebant abſentes. Unde Plautus Pſeudolo ſcribens ait;

Per ceram & lignum, litteraſque interpretes.

Sic apud *Homerum illiad. ζ. verſ. 169.* Prætus literas tradit Bellerophonti ſcriptas ἐν πίνακι πτυκτῷ, in tabella duplici, ſeu duplicata. Fieri autem ſolitæ inducta cera, ex fago, abiete, buxo, citro, ebore, aliiſque id genus.

Uſi tamen etiam charta: ita *Martialis* vocat Epiſtolares chartas, quod nomen hodiè Hiſpani obſervant. Hic iterùm tamen ex *Suet. c. 59. in Iulio*, nota, Publicas literas tranſverſa charta datas: Julium tamen ad Senatum Epiſtolas convertiſſe ad paginas, & formam memorialis libelli.

DEFINITIO ET PARTES. G

Epiſtola eſt animi nuntium ad abſentes, aut quaſi abſentes ſcriptum; eſt enim Epiſtolæ finis, affectus teſtatio, aut ſignificatio alicujus rei, quam abſentes ſcire volumus, quod aut noſtra, aut ipſorum interſit. Dictum eſt (quaſi abſentes) quia ad præſentes quoque uſurpatur. Auguſtus Cæſar ſermones graviores cum Livia ſua, non niſi in ſcriptis, & è libello habebat. Idem Juliam ſuam in Amphitheatro, ſcripto admonuit. Julius Cæſar id adinvenit, ut cum per occupationes urbiſque magnitudinem non ſemper liceret amicos, aut peregrinos alloqui, per literas convenirentur, eoſque Codicillos propriè *Sen.* appellat *Ep. 66. ad Lucil.*

Partes Epiſtolarum ſunt, Materia, & Sermo. Illa rem continet, quæ perſcribenda eſt; quidquid enim ſermone communicamus, & litteris poſſumus. Sic ut alia materies ſit feria, docta, familiaris, publica deinde, & privata. Inter eas, monitoriæ etiam ſunt, inſtructoriæ, conſolatoriæ, comminatoriæ. H

Sermo quò brevior, eò & gratior; nihil enim ſupervacuum admiſcendum, & periodi ſuccinctiores inferendæ; odioſa eſt enim in Epiſtolis garrulitas; lepores intereà nonnunquam admiſcendi cum decore, & venuſtate.

SCRIPTORES, ET ENCOMIUM.

Scriptionem Epiſtolarem poſt Ciceronem, Libanium, Plinium juniorem, Senecam, Apoſtolos Chriſti, & Antiquiores, commendarunt & in ea cum laude verſati fuerunt, Roccus Peruſinus, Aldus Manutius, Eraſmus Roterodamus, Ludovicus Vives, Joannes Niger, Paulus Sacratus, Juſtus Lipſius. Ex ſacris verò & Eccleſiæ Doctoribus, præter Apoſtolos, SS. Baſilius, Nazianzenus, Ignatius, & Ambroſius, ac Auguſtinus, & Theodoretus.

Epiſtolam autem Libanius cum Cicerone, vocat congreſſum abſentis cum abſente. *D. Baſilius Epiſt. 55.* cenſet repu-

A reputandum inter maxima Dei dona, quòd quàm longiſſimè propter diſtantiam locorum ſejunctis, per alloquium literarum mutuò coaleſcere fas ſit. *Theodoretus* plura habet in eum ſenſum, addens, ſermonis vehiculum fieri hoc modo, non per linguam, ſed per manum.

Athen. refert l. 10. c. 17. Naturam à Poetis conſtitui fœminam: cujus filiæ ſint litteræ, quæ quamvis mutæ, loquuntur tamen abſentibus, quibus optamus felicia, &c.

Sic & Ignatius nominat Epiſtolã portum ſecundum, & commodam ſtationem, *Ep. 4. Ambroſius* verò hunc uſum earum ait, ut disjuncti locorum intervallis, affectu adhæreamus, ubi inter abſentes imago refulgeat præſentiæ, & collocutio ſcripta copulet ſeparatos, mentemque amico abſenti infundamus; quod Pauli exemplo confirmat, qui etiam remotiſſimis populis fidem ſcripto infudit.

FORMULÆ, ET QUÆ OBSERVANDA.

Olim Epiſtolæ præloquium erat, nomen videlicet & ſalus. In nominibus obſervatum, ut in fronte bina ponerentur, ejus B qui mittebat Epiſtolam, & alienum: illo quidem præpoſito, quod primum legentis deſiderium ſit ſcire, quis ſcribat. Id etiam obſervarunt Apoſtoli, ex Concilio Hieroſolymitano ſcribentes ad reliquos diſcipulos, qui erant Antiochiæ, Syriæ, & Ciliciæ. Et Paulus paſſim in Epiſtolis ſuis uſurpat. B. Auſonius Paulino ſcribens, ſe excuſat, quòd nomen ſuum non præpoſuiſſet, id factum ob carminis rationem. Ita enim ſcribit, *Ep. 20.*

Paulino Auſonius, metrum ſic ſuaſit, ut eſſes
Tu prior, & nomen prægredererе meum.

Variant tamen ſubinde, ut exemplis conſtat Ambroſii & aliorum, qui ad æquales & inferiores ſcribendo, eorum nomen plerumque poſtponunt: præponunt, ſi ad ſuperiores ſcribant, ut notat *Lorinus in c. 15. Act. verſ. 23.*

Ponebantur autem nuda nomina, nec blandientia, aut laudantia, niſi in Imperio forent, aut magiſtratu; tum verbo inſinuabatur. At Epitheta nulla, niſi ad unicè charos, aut domeſticos, quos & ſuos appellabant. Hinc Martialis *l. 14.*

Seu leviter noto, ſeu caro miſſa ſodali,
Omnes iſta ſolet charta vocare SVOS.

Cæterùm accommodanda hæc ſunt juxta ævi varietatem,
C & mores.

Salus nominibus ſubjecta, ſive per notas, S. P. ſive S. ſolitariè, quomodò Græc. χαίρειν, precari, in uſu fuit, aut εὖ πράττειν, quæ Epicuri erat ſalutatio. Horatius ita exprimit.

Celſo gaudere, & benè rem gerere Albinovano
Muſa rogata refer. ——

Et Ovidius:

Vade ſalutatum ſubitò perarata Peryllum
Littera ſermonis fida miniſtra mei.

Interim, certum fuiſſe epiſtolarum initium, certam item clauſulam, conſtat. Initium Platoni fuit antiquiſſimum χαίρειν, gaudere; vel benè agere εὖ πράττειν, ut patet ex epiſtola ejus tertia ad Dionyſium, aliiſque pluribus exemplis, quæ collegit Lucianus; quam formulam Pythagoras, & Archytas, mutarunt in εὖ χαίρειν, hoc eſt ſalvere. Cleon primus, pro initio ſcripſit χαίρειν, auctore *Luciano de ſalutat.*

Jam vulgò, ſalvere, & ſalutem plurimam dicere, item ſuo, vel ſuis, teſte Martiale, dicimus:

Omnes iſta ſolet charta vocare Suos.

Clauſula Græcis, pax; quæ item adhibita omnibus ferè rebus
D finiendis. *Auſonius in Verſibus monoſyllabis:*

Totum opus hoc ſparſum crinis velut Antiphilæ, Pax.

Hanc tamen præpoſterè aliam fecit, ſcribendo in extrema epiſtola χαίρειν Ptolomæus Rex, ad Seleucum. Latinis clauſula eſt, Vale, ut in omnibus Ciceronis epiſtolis. Ampliùs verò Auguſt. Cæſ. ad epiſt. omnes, etiam horarum momenta, nec diei modò, ſed & noctis, quibus datæ ſignificarentur, addebat. *Suet. Auguſt. c. 1.* Unde datum, à barbaris uſurpari cœptum vice clauſulæ illius Ciceronianæ, A. D. id eſt, Ad diem, vel Ante diem, ut interpretatur *Sim. Boſius Commentar. in epiſt. 1. ad Atticum.*

Pertinebat quoque ad præloquium vetus ordiendi formula: S. B. E. E. V. id eſt, ſi vales benè eſt, ego valeo, quæ in litteris publicis perpetua eſt, in privatis frequens apud Ciceronem. In fine, ſive clauſula Epiſtolæ, ſolemnis erat primùm valedictio, ex ſermonis ritu adſerta. ſic Ovid.

Accipe quo ſemper finitur Epiſtola verbo,
Atque meis diſtent ut tua fata, VALE.

Interdum cum adjecto, Mi amice, &c. cum voto, Deus reſervet. II. Locus adjectus, unde miſſa epiſtola: Tempus quoque

annum intellige & diem. III. Subſcriptio erat, priſcis tamen ignota, quia præmittebant ſuum nomen. Superſcriptio etiam veteribus perrarò uſitata, mittebant enim per pueros, aut tabellarios notos. Sed præterea vinculo lineo obligabant, admota cera, cui imaginem ſuam, aut ſignum imprimebant. *Plautus* id refert: E

Cede tu ceram, ac linum: age, obliga, obſigna citò.

Sic & *Saluſtius*: Perlectis litteris, cum priùs omnes ſua ſigna cognoviſſent.

Remittimus Lectorem ad inſtitutionem Epiſtolicam, quam v. c. *I. Lipſius*, aliquando in Academia Lovanienſi tradidit calamo excipiendam. Evulgavit eam poſtmodùm Auctor, ut uſui aliis eſſe poſſit, atque eandem è dictantis ore exceptam, minore cum fructu legendam fore inſinuat, quàm ſi haberetur prout dicta; multa enim utiliter interfatus fuit, & miſcuit hìc omiſſa, rei illuſtrandæ aut firmandæ gratia.

GENERA, ET NOMINA VARIA.

Uti non unum Epiſtolarum eſt genus, ſic neque una appellatio. Plura de hoc argumento reperire eſt apud *Card. Baron. tom. 11. Annalium Eccleſ.* Collegit & alia *Hermanus Hugo* Societ. Jeſu, peculiari ſuo *libello de Antiq. jure Scriptoriæ cap.* 13. ex quo ſequentia adſcripſimus. F

Apoſtolicæ literæ, quas item Brevia Apoſtolica vocamus, epiſtolæ ſunt à Romano Pontifice Apoſtolica auctoritate ſcriptæ.

Clericæ literæ à Divo Cypriano vocantur epiſtola quarta editionis Pamelianæ, illæ quæ à Clero ſcribi ſolent Sede vacante.

Canonicæ, ut ſcribit Atticus *Tom. 11. Conciliorum* poſt Concilium Chalcedonenſe, eædem ſunt, quæ Communicatoriæ, ſeu Formatæ, de quibus mox.

Caballicatæ ſunt, quas curſores in caballatione, hoc eſt in curſu publico deferunt. Ita Luitprandus Ticinenſis appellat apud Lazium l. 11. de Repub. Rom. c. 14.

Circulares, ſeu Encyclicæ, quæ à Synodo vel Papa ſcribuntur ad totam Eccleſiam; & hæ etiam vocantur Catholicæ.

Captivorum literæ nominantur in Concilio Lugdunenſi Secundo, *c. 11.* quæ ab Epiſcopis dabantur pro redemptione captivorum. G

Confeſſoriæ, quæ ab incarceratis ad Epiſcopos ſcribebantur pro lapſis: Fit earum mentio in Conciliis Eliberitano & Arelatenſi Primo.

Commendatoriæ, quæ Clericis peregrinantibus dabantur à ſuo Epiſcopo, quemadmodum & Romani Magiſtratus dabant commendatitias ſuis mercatoribus proficiſcentibus in Provincias, ut *Freigius* notat ad illud *Verrinæ* 4. Apud illum non tabulas commendatitias, ſed tributarias multùm valuiſſe. Tributariæ autem ſunt, quibus Magiſtratus imperabant tributa Provincialibus.

Formatæ, ſeu Formales, ut eas *Suetonius* nominat in Domitiano *c. 13.* dictæ, quòd certa formula conciperentur, quia in legem erant tranſituræ: ita Torrentius docet ex illo *Suet. c. 20. Domitian.* Epiſtolas alieno formabat ingenio. Dabantur Epiſcopis ad Parochias ſuas redeuntibus Roma, quò fuerant evocati, ut conſtaret ſcilicet, de eorum cum Romana Eccleſia conſenſu & unitate: quod ſcribunt Aug. *Ep. 163. ad Eleuſ. Ep.* 152. ad Glorium; & Optatus *l. 11.* contra Parmenianum.

Igitur ne qua fraus hæreticorum intercederet, Formatarum ſcribendarum formula certa concepta eſt à Synodo Nicena *c. 8.* eaque expreſſa eſt apud *Ivonem p. 6. c. 434. & 435.* item apud *Burchard. l. 11. tit. 227.* hoc exemplo, quod tranſcripſit *Petrus Greg. l. 15. de Rep. c. 11.* H

π. 80. id eſt, πατήρ. υ. 400. id eſt, υἱός. α.
α. 1. id eſt, ἅγιος. π. 80. id eſt, πέτρος.

Debebant enim quatuor primæ literæ ſignificare Patrem, Filium, Spiritum ſanctum, & Petrum Apoſtolum; zifræ autem adjectæ notant numerum, quem quæque litera Græcis ſignificat. Mox ſubjungebatur litera initialis, quæ inchoabat nomen vel Pontificis, vel Epiſcopi mittentis ſuum ſubditum verbi gratia, ſi Epiſcopus vocabatur Petrus, vel Ratholdes:

π. 80. id eſt, πέτρος. ρ. 100. id eſt, Ῥαθόλδης.

Deinde poſt nomen Epiſcopi mittentis, ſcribebatur ſecunda litera ex nomine Epiſcopi, ad quem ſubditus mittebatur, v. gr. ſi vocabatur Robertus. ο. 70. id eſt, Ῥόβερτος.

Denique tertia litera ex nomine ipſius ſubditi miſſi, v. gr. μ. 40. Θωμᾶς.

Tum iterùm quarta litera ex nomine loci, ad quem mittebatur, v. g. υ. 800. id eſt, Τρέβερις.